


Bibl. Bergm.
№ 324.

БИБЛИОГРАФИЧЕСКАЯ
СТАТЬЯ

Bergm. Bibl.

Bibl. Bergm.
Nº 324.

65



S. C. C. S. B. G.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS
ARGUMENTVM PER ERAS-
MVM ROTERODAMVM.

PRiusquam argumentum huius aggrediā epistole, fortassis haud fuerit alienum, de nomine Pauli paucis attingere. Non me fugit Hieronymum in cōmentariis, quos scripsit in epistolā ad Philemonē, in hac esse sententia, vt existimet apostolum prius vocatum Saulum: Pauli vero cognomen cēu trophæum usurpare a Sergio Paulo procōsule, quem Christo lucifecit: quemadmodum legimus in Actis apostolorum. ca. xiii. Rursus alios esse, quibus placeat in Iudaismo dictū Saulum mutata religiōe simul & nomen mutasse. Sed alteram opinionem minus probabilē facit, quod Lucas hoc ipso, quod mō citauimus, capite scribit: Saulus qui & Paulus, repletus spiritu sancto, haud obscure declarans eum bino minem fuisse priusquam Sergius Paulus esset cōuersus. Alteram plane refellit, quod cum aliis aliquot locis, tum in eodem capite Saulus dicitur iā Christi p̄dicens euangelium: Dīxit illis spiritus sanctus: segregate mihi Saulum & Barnabam. Proinde mihi vero propior videtur Origenis opinio, quemadmodum in veteris instrumenti libris aliquot comperimus diuersis nominibus notatos: velut Idida dictum, qui alias vocatus est Solomon: & Oziam alicubi dictum, qui alibi sit Azarias. Itē in euāgelicis literis. Luce dī-

Beng. A

TRÜ Raamatukogu

287

11779331

ARGUMENTVM IN EPIST.

ctū Leui, qui se in suo euāgelio Matthæū nominat: itā Paulo geminū fuisse vocabulū, quamquā ipse in suis epistolis se nunquā Saulū appellat, sed vbiq; Paulū: fortassis ob id, quod Pauli vocabulū Græcorum ac Rhomanorū, ad quos scribebat, auribus esset familiarius. Saulus em̄ sic a Saul Hebr̄ea voce deflexū apparet, vt Grecia Ioseph Iosephū deflexerūt. Paulus autem Hebræis sonat mirabilē, si tñ ferēdum putamus Rhomanæ seu Græcanicæ vocis etymologiā e peregrina lingua peti. Quod tñ Hieronymus cū alicubi in aliis reprehendat, hic sibi permittit, opinor, vt in re non admodū seria. Certe Græcis sonat quietū. Latinis pusillū. Saul Hebræis sonat postulatū: & si Ambroſio credimus, in quietudinē siue temptationem. Atque hæc quidem de ratione nominis, vt in argumēto pene plus satis. Cæterū dictauit hanc epistolam, excipiente Tertio: qd̄ is quoque in calce epistole testatur, adiiciens: Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in domino. Missam appetet e Corintho, per Phœben fœminam Cenchreensem. Est autem Cenchre æ portus Corinthiorum, haud procul ab urbe distans. Quod si tempus quoque requiratur scriptam appetet post vitramque ad Corinthios epistolam (vnde putant in hac absolutæ iam & confirmatæ pietatis argumenta potissimum elucidare) id temporis cum pera grata iam Achaia, in qua Corinthus est. & huic finitima Macedonia usque ad Illiricum: ac non solū prædicato vbiique Christi euangelio, in his dumtaxat locis, in quibus aliorum apostolorum nemo prædi-

A ii

cauerat , verum etiam iuxta Petri monita , collecta a suis aliquanta pecunia , in subsidium pauperum , ad ornaret iter Hierosolymam , ut exhibito quod acceperat , illinc proficeretur in Hispaniam Roma iter faceretur , atque illic obiter salutatus Christianos : de quorum fide ac religione audierat , cum ipsos nondum vidisset . Acciderat enim illis diuersum quiddam atque Galatis . Siquidem hi primum recte a Paulo instituti , postea fraude pseudapostolorum circumuenti sunt , & retracti in Iudaismum . Contra Rhomani , primum male instituti a pseudapostolis , simul atque pro sua prudentia senserant fraudem , resipuerunt : & in eo quod rectum esse cognoverunt , perseuerabant . Nam in ecclesiae nascentis primordiis erant , qui existimarent , euangelii gratiam : quoniam Abrahæ posteris , & Iudaicæ genti peculiariter promissa videbatur , non esse propagandam in pphanas gentes , & simulachrorum , ac dæmontium cultui deditas . In qua sententia & Petrum apparebat fuisse , qui viso monendus erat , ut Cornelium centurionem admitteret : quo nomine mox illi exhibitum est negotium Hierosolymis , expostulatisbus iis , qui ex Iudaismo cōuersti fuerant ad Christum , quod cū incircūcis habuisset cōmercium : atque in his probabile est & apostolos aliquot fuisse . Sic enim legimus in actis . ca . xi . Audierunt autē apostoli & fratres qui erant in Iudea : quoniam & gentes receperunt verbum dei . Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam , disceptabat aduersus illum qui erant ex circuncisione , dicentes : quare in

troisti ad viros præputium habentes , & manducasti cum illis ? Erant rursus , qui licet non existimaret gentes prorsus arcendas ab euangeliī cōsortio , nō admittendas tamen ducebant , nisi circumciderentur ritu Iudaico : perinde q̄si Christus egeret administrculo legis Mosaicæ , simul ut euangeliī gloriam in suam gentem trasferrent . Et in Actis apostolorum cap . xi . proditū est , eos qui ob persecutionem , quæ accidit a morte Stephani , profugerunt in Phœnicem in Cyprū & in Antiochiam , nemini prædicasse Christū , nisi solis Iudæis . Rursus ca . xv . Quidam Iudæi veniūt Antiochiam , palam aduersus Paulum & Barnabā prædicantes , nō esse spem salutis , nisi iuxta Mosi præscriptū circunciderentur : tantusq; tumultus p̄ hos cōcitatus est , ut coacto cōcilio decretū sit vti Paulus & Barnabas vna cū aduersariis Hierosolymā irent & lis apostolorum ac seniorum arbitrio cōponere . Atq; illic rursus acriter obnitentibus nōnullis , præsertim factionis pharisaicæ Christianis , cuius fuerat & Paulus coacta est synodus apostolorū & seniorum : ac Petri Iacobiq; autoritate decretū est , ne gentes onerarentur lege Mosaicæ , tantum temperarent ab esu suffocati animatis , a sanguine , a carnibus simulachro immolatis , & a stupris : quod tamen pro ratione temporū , inuincibili Iudeorum superstitioni datum esse , vel ille lud argumento est , quod tria illa iam olim videmus esse sublata , ac prorsus abolita . Ex eodem fonte nata est illa Paulicū Petro concertatio Antiochiæ , cum gentium apostolus cernēs suos ob Petri simulationē

PAVLI AD RHOMANOS.

periclitari, palā illum redarguit, quemadmodū refert ipse in epistola ad Galatas cap. ii. Rursum Hierosolymis authore Iacobō, quo purgaret iam inter Iudeos sparsum rumorem, quod retrahere videretur a lege Mosaica, cum cæteris caluitium induxit capiti: & iuxta ritum Iudaicū purgatus, munus obtulit in templo, sicuti refert Lucas Actorum cap. xxi. Quo quidē ex loco videtur Iacobus, tametsi gētes prius onere legis Mosaicæ propemodū liberasset, esse tñ in hac sententia, vt putaret a Iudeis exigendā esse legis obseruationē. Sic enim loquitur Iacobus. Et sciēt oēs, qā que de te audierūt, falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem. Nec de alia causa opinor totundit caput ex voce Cenchreis, ca. xviii. Cōsimili necessitate circūcidit Timotheū, ca. xvi. cū esset matre quidē Iudea natus, sed patre Ethnico. Tantæ molis erat ex Iudeo facere Christianum. Est enim ei gēti peculiaris quædā pertinacia, nec vlla fuit vñquā suæ religionis tenacior, vt elegāter docet Iosephus in Apologia Iudaicarū antiquitatū. Ad hæc vt Iudeorū natio tū omnibus orbis natiōibus erat peculiariter inuisa: ita vicissim oēs exēcrabant illi, ceu impuros, pphanos, & impios: adeo vt nec cōgressu dignarentur, & templū suū pollui crederent, si q̄s forte incircūcisus esset ingressus. Tantū erat præcisæ pelliculæ superciliū. Cū igitur spes nō esset fore, vt Græci Rhomaniq̄ legē inuisam reciperēt, & incredibili pertinacia reclamarent Iudæi, Paulus intelligens periculum esse, ne tam exitiabili dissidio magna ex parte periret euangeli fructus, & Christi glo-

ARGUMENTVM IN EPIST.

ria Mosaici nominis obscuraret admixtu, hoc in primis agit vbiq̄, vt legis ceremonias abroget atq̄ antiquet, omnemq̄ salutis adipiscēdæ fiduciam in vnū Christū trāsferat. Sicut autē Galatas acriter, sed tamē amanter obiurgat, q̄ essent in Iudaismū adducti: ita Rhomanos p̄munit & instruit, ne ab pseudapostolis quos sciebat nusq̄ cessare, illaqueentur incauti, sed in recta doctrina quā amplecti cōpīssent, persisterent. Erat enim Rhomæ ingens Iudæorū nūerus siue illuc a Pompeio translatus, siue quod iā Rhomanorū esset prouincia Iudea: quorum superstitione crebro & apud Iuuenalē atq̄ Horatiū & apud Senecā notatur. Cum quibus & Paulo multū negotii fuisset posteaq̄ Rhomā peruenisset testatur extremū caput Actorum apostolicorū. Ac miro cōsilio singularis artifex in hac epistola sermonē temperat inter Iudæos & gētes, dū studet omneis om̄ibus mōis ad Christū pellicere: ne q̄ vult, si fieri possit, quēquā omnino mortaliū pire suo duci cui militabat. Itaq̄ nūc hos obiurgat, nunc illos: nunc rursus erigit, ac subleuat: Gentium supercilium deprimit, ostendēs nihil illis profuisse, neq̄ natūræ legē, neq̄ philosophiam, cuius professione tumebant, quo minus in omne scelerū dedecus prolaberetur. Rursum Iudæorū arrogantiā cohercet, q̄ legis fiducia p̄didissent, id qd' erat totius legis caput, fidem in Christū Iesum: docens legis ceremonias antiquatas esse iam coruscante Christi euangelio, quem legis umbræ deliniarant, abrogata iam otia sabbatorum, circumcisōnis iniuriam, Calendarum recursus, ter-

quotannis redeentes ferias, delectum ciborum, in sanguinis dies iterum sordidanda lauacra, pecudū innoxiarū lanienā, tēpli religionē assiduis inquinati egredi bus. Has rerū umbras emicante luce veritatis euangelis scere: Veros esse filios Abrahæ, q̄ fidē Abrahæ referent: veros Iudeos esse, q̄ Christū profiterent, veros circuncisos, qui mentē haberēt a fœdis cupiditatibus repurgatam: Veram iustitiā ac perfectam salutem circa legis auxilia, per euangelium ac solam fidem in Christum conferri ex æquo om̄ibus: licet ea salus peculiariter olim esset promissa Iudeis: sed ita his promissa ut prophetæ nō tacuerint, fore ut illis reiiciensibus ad gentes prædicatio Christi propagaretur. Per legem Mosaicam veram iustitiā nulli contingere sed per fidem: idq; docet tum exemplo Abrahæ, tū variis ipsius legis testimoniiis. Et ad eū modum detracito vtrisq; supcilio, adēpta vtrisq; fiducia sui, omneis æquat in negotio fidei euangelicæ: ita gratulans saluti gentium, vt suæ gentis cæcitatem paterno deploret affectu, licet illam vbiq; pertinacissime infensam experiretur: atq; id per se durum, ita mitigat, vt dicat nec omneis excæcatos, & fore ut aliquādo resipiscat Iudæorum populus, fide gentiū prouocatus, atq; hic obiter varia multiplexq; doctrina de præfinitis, siue prædestinatis: de præscitis, de vocatis, de gratia & merito: de libero arbitrio, de diuino cōsilio nobis inscrutabili: de lege naturæ, de lege Moysi, de lege peccati. Varii item allegoriarū fôtes, dū duos facit Adā: alterum, quo nascimur iuxta carnem mortales; alterum,

rū, quo renascimur immortales futuri. Duos homines, internum & extremum: internum spiritui & rationi parentem: externū cupiditatibus & affectibus obnoxium: quorum priorē aliquādo spiritū appellat, posteriorem interim corpus siue mēbra, interim carnem, aliquoties legem peccati vocat. Duplicem mortem corporis & animi: & tertiam qua morimur peccato, & peccandi affectibus, Triplicem item vitam, qua viuimus corpore, qua animo, & qua viuimus iusticiæ & peccato. Duplicem seruitutem aut libertatem, qua vicissim vel innocentiae seruimus, emancipati a peccatis: vel peccatis seruimus, liberi a iustitia. Duplicem Iudaismum, duplicem circūcisionē, geminos posteros Abrahæ: duas parteis legis Mosaicę, carnalem veluti corpus, spiritualem, velut animam legis. Duplicem baptismū: quo primū abluimur a peccatis pristinis sacro lauacro, & quo Christo cōmorimur, abdicatis mundi affectibus. Duplicem sepulturam, corporalem, qua triduo sepultus est Christus: & spiritualem, qua nos semoti a mudi vitiis, requiescimus in illo. Duplicē resurrectionem, alterā quæ præcessit in Christo, in nobis secutura: alterā quæ nos a peccatis pristinis rediuiui, progredimur a virtute ad virtutem, hac parte quo ad licet futuram immortalitatem meditantes. Duplicem iustitiam, dei & hominū. Duplicem iudiciū, dei & hominū. Duplicem gloriam siue laudem: apud deum & apud homines. His dissertis, transit ad locū moralem, in primis adhortans ad mutuam concordiam, exemplo membrorum corporis.

PAVLI AD RHOMANOS.

Et quoniā pax constare non potest, vb fastus est aut li-
uor, obsecrat, vt obsequiis mutuis mutuum amorem
a'nt foueantqz: Rhomanos, vt Iudeorum infirmita-
tem ex diutina legis assuetudine relictam ferat: Cōtra
Iudæos , ne gentibus in euangelii consortium ascitis
inuideant, sed illorū fidem ac libertatē potius æmulē-
tur : & cū idē sit oīm deus, idē Christus , eadē gratia,
idē præmiū, oēs in vnū corpus coalescāt, necqz qlqz si-
bi arroget quicqz: sed si qua dote precellat aliqz, eā ad
fratris opem accōmodet. Atqz hūc locū varie tractat
docens, quales se præstare debeāt erga Iudæos incre-
dulos : quales erga Christianos supstitiones, siue,
vt ipse vocat, infirmos : quales erga supiores, quales
erga inferiores, quales erga pares , quales erga prin-
cipes ac magistratus Ethnicoz, sed suo vtcūqz fungē-
tes officio, quales in prosperis, quales in aduersis. De
inde rursum laude Rhomanorū, mitigat admonitio-
nis acerbitatē : & suam apud illos autoritatē com-
mendat, cōmemorans quanto plus ceteris pmouerit
in euangeliō Christi: declarat quanta teneatur illos
videndi cupiditate : & spem facit sui aduentus, cur eū
differre cogatur aperit: laudans spōtaneam Macedo-
num & Corinthiorū in pauperes sanctos liberalita-
tem tacite ac verecunde Rhomanos ad æmulandum
prouocans. Caput extremum pene totū occupat salu-
tationibus, nō frigide congestis multorū nominibus.
sed mire suo cuique addito elogio. Postremo quoniā
penitus nouerat & pseudapostolorū improbā ver-
sutiā, & Rhomanorum simplicitatem, ac facilitatē,

ARGUMENTVM IN EPIST.

admonet etiam atcqz etiām caueant, ne illorum blandi-
loquentia fallant. Quanquam autē horū pleraqz pe-
culiarius ad eam pertinent ætatē, in qua rudis adhuc
paulatim suppullulabat ecclesia. Judēis & gētibus ad
mixta, ac principibz Ethnicis obnoxia: tamen nihil
est, vnde non ad hēc quoqz tempora salutaris aliquid
doctrinæ possit accommodari, veluti de fugiēda sup-
stitione, quæ dissidiorum est seminariū : & sic habet
speciem pietatis, vt nihil sit veræ pietati aduersius, de
stulta fiducia philosophiqz mūdang, de fiducia nostro
rum operum, de negligendis his, quæ ad ceremonias
pertinent, quo magis ad ea quæ veræ sunt pietatis p-
ficiamus: de merito fidei, de vitando fastu: de tolerā-
da alicubi minus eruditorum aut superstitionis
imbecillitate: de mutuis obsequiis alenda concordia,
de ferēdis aliquousqz malis principibz et impiis epi-
scopis, ne turbetur ordo status publici, de malefactis
beneficentia superādis: de non iudicando quod ad te
non pertineat, de commode interpretādo qcquid re-
cto anō fieri potest, de cauēda insidiosa blādiloquē-
tia, aliisqz id genus rebus, in quibus hodieqz cōmūis
hominū vita versatur . Sed vtilitatem huius epistolæ
æquat ac pene superat difficultas: idqz mihi trib⁹ po-
tissimum de causis accidere videtur, siue quod nō ali-
bi sermonis ordo confusior, nusquam oratio hypba-
tis magis hiulca , nusquam anantapodotis crebrius in
absoluta : quod subinde querit interpres Origenes,
in huiusmōi difficultatibus passim luctās ac laborās.
Quod vtrum interpreti aut scribæ Tertio sit tribuen

PAVLI AD RHOMANOS.

dum, an ipsi Paulo, aliorum esto iudicium. Ipse sane agnoscit sermonis imperitiam, licet rerum inscitiā deprecetur. Rursus adeo non affectauit orationem arte humana compositam, vt eam sibi fugiendā etiā duxerit, ne quid hinc decederet gloriæ crucis: atque ob id Origenes existimat superuacaneum esse, sermonis compositionem in eo requirere. Hieronymus alias illi vindicat orationis artificium, alias adimit, ingenue confitens & corrupto Cilicum sermone non nihil traxisse, Augustinus etiam rhetorum ornamēta florulosq; ex huius depromit epistolis Quin et in actis dux verbi est, & in epistola ad Corinthios priore, supra cæteros omnes linguis loquitur. Quamuis enim vt testatur Hieronymus, id tēporis totus oriēs græce loqueretur, tamen vt consentaneum est, apud Celatas non ēadem fuisse Rhomæ: ita verisimile est, non parum interfuisse inter Cilicem grecæ loquentē, & Atticum. Ad hęc orationis incommoda accessit hebraismus: cuius idiomata passim refert ita græce loquens, vt nihilo se cius interim Hebræum agnoscas. Alteram difficultatis causam arbitror, quod ob rerum inexplicabilium obscuritatem, non alia sit crebrioribus impedita salebris, aut altioribus interrupta voraginibus, adeo ut ipse relicto quod instituerat, exclamare cogatur: O altitudo. Quid quod quædam mysteria prudēs sic attingit, vt ceu per trāsennam dumtaxat ostendat, pro temporum illorum ratione, proq; captu eorum quibus scribit, orationem attemperans. Nouerat & vide

ARGUMENTVM IN EPIST.

Fat ille quædam, quæ nephas esset homini loqui: & nouit quatenus esset opus lacte, quatenus cibo solido. Sciebat ætatu in Christo gradus, & qd cui foret adhibendum. Hoc cōsilio Petrus apostolus apud rudē concionem verba facturus de Christo, virum eū nominat, deum tacet. Tertiam, opinor, crebram ac subitam personarum mutationem, dum nūc Iudeos, nūc utrinque: modo credentes, modo incredulos respicit alias infirmi, alias firmi, interim pii, interim impii personam sustinet. Quibus rebus fit, vt lector velut in labyrinthis ac Meādris qbusdā inextricabilibus obrans: nec vnde sit ingressus satis videat, nec qua sit exitus. Ut mihi non minus vere quā elegāter Origenes Paulum ad similem faciat ei, qui hospitem in opulētissimi cuiuspiam principis palatiū inducat, diuersis viarum ambagibus & cōclauim secessibus perplexum. Quædam autem procul ostendat, ex ditissimo opum thesauro quædā proprius admoueat, quædam videri nolit. Sæpe interim p aliud ingressus ostiū aliūde exceptat, vt hospes ipse miret vnde venerit, vbi sit, aut qua sit exeundū. Agnouit hoc & Petrus apostolus in epistola secūda, testans esse in Paulinis epistolis, quædam intellectu difficilia, quæ parū eruditī, parūq; firmi de prauarent ad suā perniciē. Deniq; obseruanda sunt verba quædā Paulinæ linguæ adeo peculiaria, vt aliquoties mutari nō queāt: velut hæc, fides, gratia, corpus, caro, mēbra, sp̄ritus, mens, sensus, ædificare, alia q; huius generis.

ARGUMENTI FINIS.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI
DENVO RECOGNITA, PER
ERASMVM ROTERO-
DAMVM.



AVLVS SERVVS IE
su Christi, vocatus ad mu
nus apostolicum, segregat
us in euangelium dei, qd'
ante promiserat per pro
phetas suos, in scripturis
sanctis de filio suo, qui ge
nitus fuit ex semine David,
secundū carnē, qui decla
ratus fuit filius dei cū potentia, secundū spūm sanctifi
catōis: ex eo qd' resurrexit e mortuis Iesu Ch̄rus do
minus noster, per quem accepimus gratiam ac mu
neris apostoli fuunctionem, vt obediatur fidei inter o
mnes gentes, super ipsius nomine, quorum de nume
ro estis & vos, vocati Iesu Christi. Om̄ibus qui Rho
mæ estis dilectis dei, vocatis sanctis, gratia vobis &
pax a deo patre nostro, Et domino Iesu Christo,
Primum quidem gratias ago deo meo per Iesū Chri
stum, sup om̄ibus vobis, qd' fides vestra annūciatur
in toto mundo. Testis em̄ mihi est deus, quē colo spi
ritu meo, in euāgelio filii ipsius, quod indesinēter mē
tiōem vestri faciā, semp in precibus meis orās: si quo
modo tandem aliquando prosperū iter cōtingat, vo
lente deo, vt veniā ad vos, Desydero em̄ videre vos,
vt aliquid impertiar vobis donū spirituale, q̄ cōfir-

AD RHOMANOS.

memini: hoc est, vt cōmunem capiam cōsolationē in
vobis, per mutuam fidem, vestrā simul & meā. Nolo
aut̄ vos ignorare fratres, quod s̄epe p̄posuerā veni
re ad vos, licet præpeditus fuerim ad hūc vsc̄ diē, q̄
fructū aliquem haberem inter vos quoq̄, quēadmo
dū & inter reliquas gentes. Gr̄ecis simul & Barbaris
eruditis pariter ac rudibus, debitor sum: ita quantū
in me est, paratus sum vobis quoq̄ qui Rhom̄ estis,
euāgelizare. Nō em̄ me pudet euāgelii Christi. Po
tentia siqdem est dei, ad salutē om̄i credēti. Iudæo pri
mo simul & Gr̄eco, Iustitia em̄ dei per illud patefit
ex fide in fidē. Sicuti scriptū est: Iustus autem ex fide
victurus est. Palam fit enim ira dei, de celo, aduers
sus omnem impietatē, & iniustitiam hominū, qui ve
ritatem in iniustitia detinēt: propterea quod id qd'
de deo cognosci potest, manifestū est in illis. Deus em̄ il
lis patefecit. Siquidē quae sunt inuisibilia illius, ex cre
atione mūdi, dum per opera intelligūtur, pudentur:
ipsaq̄ æterna eius potentia ac diuinitas, in hoc, vt sint
inexcusabiles: propterea quod cū deum cognoverit,
nō vt deū glorificauerunt: neq̄ grati fuerunt, sed fru
strati sunt per cogitationes suas, & obtenebratū est in
sciens cor eorū. Cū se crederent esse sapiētes, stulti sa
eti sunt, mutauerūtq̄ gloriā immortalis dei, p̄ ima
ginem: nō solū ad mortalis hominis similitudinē effi
ctam, verūtiā volatiliū & quadrupedum & reptiliū
Quapropter tradidit illos deus per cupiditates cor
diū suorū, in immunditiā, vt ignominia afficiāt cor
pora sua, inter se mutuo, qui commutarunt veritatē

EPISTOLA.

eius mendacio: & venerati sunt, colueruntq; ea quæ condita sunt, supra eum qui cōdidit, qui est laudādus in secula amen. Quamobrem tradidit eos deus in cupiditates ignominiosas, Nam & fā minæ illorū mustauerunt naturalem vsum, in eū qui præter naturā. Si militerq; & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt per appetentiā sui alius in aliū, masculi in masculos fœditatē perpetrantes, & præmium, qd' opertuit, erroris sui in sese recipientes. Et quemadmodum non probauerunt, vt deū agnoscerēt, ita tradidit eos deus in reprobā mentem, vt facerent quæ non conueniebat, repleti omni iniustitia, scortatione, versutia avaritia, malitia, pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, malis prædicti moribus: susurrones, obtrectatores, dei osores, contumeliosi, elati, gloriosi, excogitatores malorum, parentibus immorigeri, expertes intelligentiæ, pactorum haud quaquam tenaces, alieni a charitatis affectu, insciī foederis, imisericordes. Qui cum dei iusticiam nouerint, nempe, quod ii qui talia faciunt, digni sint morte: non solum ea faciunt, verū etiam assentiuntur iis, qui faciunt.

CAPVT. II.

Vapropter inexcusabilis es o hō, q̄squis es
qui iudicas. Nā hoc ipso qd' iudicas alterū,
te ipsum condēnas. Eađē em facis tu, q iudi-
cas. Scimus aut, quod iudiciū dei est secundū verita-
tem, aduersus eos qui talia agūt. Cogitas autē hoc o
homo, qui iudicas eos qui talia faciūt, & facis eadem,
quod tu effugies iudiciū dei? Aut diuitias bonitatis

AD RHOMANOS.

illius, ac tolerantiæ, lenitatisq; cōtemnis, ignorans, q̄ bonitas dei ad pœnitētiā te inuitat? Sed iuxta duritiam tuā, & cor pœnitere nesciū, colligis tibi ipsi irā in die iræ, quo patefiet iustū iudiciū dei, qui redditurus est ynicuicq; iuxta facta sua: his quidem qui pseuerantes in bñfaciendo, gloriā & honorē & immortalitatē querūt, vitā æternā: his vero qui sunt contentiosi, & qui veritati quidē nō obtēperāt, sed obtēperant iniustitiæ, vētura est indignatio, & ira, afflictio, & anxietas, aduersus omnē animā hominis ppetrantis malū. Iudæi primū simul & Græci. Gloria vero & honor & pax omni operanti bonū, Iudæo primum simul & Græco. Nō enim est personarū respectus apud deū. Quicūq; enim sine lege peccauerūt, sine lege & peribunt: & quicunq; in lege peccauerūt, per legē iudicabuntur. Nō enim qui audiūt legē, iusti sunt apud deū sed qui legē factis exprimūt, iusti habebuntur. Nā cū gentes quæ legē non habent, natura quæ legis sunt, se cerint, eae legē non habētes, sibi ipsiis sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, simul attestante illorū consciētia, & cogitationibus inter se accusantibus, aut etiam excusantibus, in eo die, cū iudicabit dominus occulta hominū, iuxta euangeliū meum per Iesum Christum. Ecce tu Iudæus cognomīaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem, ac probas eximia, institutus ex lege: confidisq; te ipsum ducem esse cæcorum, lumen in tenebris versantium, eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, habentem formam cognitionis ac veritatis per legem. Qui igitur doces alium, te ipsum non

C

EPITOLA.

doceſ : qui prædicas non furandū , furariſ : qui dicens
non adulterandum, adulterium cōmittis : qui execra-
tis ſimulachra, ſacrilegium admittis : qui de lege glo-
riariſ , per legis transgressionē deū de honestas . Nam
nomen dei propter vos male audīt inter gētes : quem
admodū ſcriptum eſt . Nam circunciſio quidem pro-
deſt, ſi legem ſeruaris . Quod ſi transgressor legis ſue-
ris, circunciſio tua in preputium verfa eſt . Ergo ſi præ-
putium iuſtificationes legis ſeruauerit, nonne præpu-
tium illius pro circumciſione imputabitur ? & iudica-
bit quod eſt ex natura præputium, ſi legem ſeruaue-
rit, te qui per literam & circumciſionem transgressor
eſt legis ? Non is qui in manifesto Iudæus ſit, Iudeus
eſt: nec ea quæ in manifesto ſit carniſ circumciſio, cir-
cumciſio eſt: ſed qui in occulto Iudæus fuerit, is Iudæ-
us eſt ; & circumciſio cordis circumciſio eſt, quæ ſpi-
ritu conſtat, non litera : cuius laus nō ex hominibus
eſt, ſed ex deo .

CAPVT. III.

Vid igiſ habet in quo p̄cellat Iudæus ? aut
q uæ vtilitas circumciſionis ? Multū per omnē
modū . Nam primum qdem illud, qd' illis
comissa ſunt oracula dei . Quid em̄, ſi quidam fue-
rūt increduli ? Num incredulitas illorū, fidem dei fa-
ciet irritam ? Absit, Imo ſit deus verax, omnis autem
homo mēdax . Quemadmodū ſcriptum eſt: Ut iuſti-
ſiceris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris .
Quod ſi iniuſtitia noſtra, dei iuſtitiam commendat,
quid dicemus ? Num iniuſtus deus, qui inducat irā ?
Hūano more loquor . Absit . Nā quomodo iudicabit

AD RHOMANOS.

deus mundum ? Etenim ſi veritas dei, per meū men-
daciū excelluit, in gloriam ipſius, quid poſthac &
ego veluti peccator iudicor ? Ac non potius (quēad-
modum de nobis male loquūtur, & ſicut qdam aiūt
nos dicere) faciamuſ mala, vt veniant bona . Quorū
damnatio iuſta eſt . Quid igiſ: p̄aeclim⁹ eos ? Nuſ
do modo . Nam ante cauſis redditis oſtēdim⁹ & Iu-
dæos & Græcos omnes peccato eſſe obnoxios, ſicut
ſcriptum eſt: Nō eſt iuſtus, ne vnuſ quidem, non eſt
qui intelligat, nō eſt qui exquirat deum: omnes defle-
xerūt: ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui exerceat bo-
nitatem non eſt vſcq; ad vnum . Sepulchrum apertum
guttur eorum, linguis suis ad dolum vſi ſunt, venenū
aspidum ſub labiis eorum . Quorum os execratione
& amarulentia plenum eſt, veloces pedes illorum ad
effundendum ſanguinem . Contritio & calamitas in
viis eorū, & viam pacis nō cognouerūt . Nō eſt iuſtior
dei corā oculis eorū . Scimus aut, quod quæcūq; lex
dicit, his qui in lege ſunt, dicit: vt omne os obturetur
& obnoxius fiat totus mūdus deo: propterea quod
ex operibus legis non iuſtifieabitur omnis caro in cō-
ſpectu eius Per legem enim agnitiō peccati . Nūc ve-
ro abſq; lege iuſtitia dei manifestata eſt, dum cōpro-
batur testimonio legis, ac prophetarum . Iuſtitia vero
dei per fidem Iesu Christi in omnes, & ſuper omnes
eos qui credunt . Non enim eſt diſtinctio . Omnes em̄
peccauerunt, ac deſtituuntur gloria dei . Iuſtificantur
autem gratis per illius graciā per redēptionē que
eſt in Christo Iesu: quem proposuit deus recōciliato-
rem, per fidē interueniente ipſius ſanguine, ad oſte-

EPISTOLA.

sionem iustitiae suæ, propter remissionē præteritorū peccatorū: quæ deus tolerauit, ad ostēdēdā iustitiam suā, in presenti tempore, in hoc, vt ipse, sit iustus: & iustificans eum qui est ex fide Iesu. Vbi igitur gloria tio? Exclusa est. Per quam legem? Operum? Non, imo per legem fidei. Arbitramur igitur fide iustifica ri hominem absq; operibus legis. An Iudeorum de us tantum? An non & gentium? Certe & gentium. Quandoquidem unus deus, qui iustificabit circūci sionē ex fide, & præputiū p fidē. Legē igitur irritam facimus per fidem? Absit! Imo legem stabilimus.

CAPVT. IIII.

Vid igit̄ dicemus inuenisse Abrahā patrē nostrū secūdū carnē? Nā si Abrahā ex ope ribus iustificatus fuit habet quod glorietur at nō apud deū. Quid enim scriptura dicit? Credidit aut̄ Abraham deo, & imputatum est ei ad iustitiam. Ei vero qui operatur, merces non imputatur secūdū gratiā, sed secundum debitum. Porro ei qui nō ope ratur, sed credit in eum qui iustificat impium, imputa tur fides sua ad iusticiam. Quemadmodum et Dauid explicat beatificationem hominis, cui deus imputat iusticiam absq; opibus. Beati, quorum remissæ sunt iniuriantes, & quorum obiecta sunt peccata. Beatus vir, cui nō imputabit dominus peccatum. Beatificatio igitur hæc, in præputiū tantum, an & in circūcisionē deuenit? Dicimus enim, quod imputata fuerit Abra hæ fides ad iusticiā. Quomodo ergo imputata est: cū esset in circūcisione, an cum esset in præputio? Nō in circūcisione, sed in præputio. Et signū accepit circun-

AD RHOMANOS.

cisionis signaculū iusticiæ fidei, quæ fuerat in prepū tio, vt esset pater omnium credentium per præputiū, vt imputaretur & illis iusticia: pater inquam circumci sionis, iis qui nō solum genus duceret a circūcis. ve rumētiā ingrederentur vestigiis fidei, que fuit in præ putio patris nostri Abrahæ. Nō enim per legē pmis sio cōtigit Abrahæ, aut semini eius, illū heredem fore mūdi sed per iusticiā fidei. Etenim si ii qui ad legē per tinēt, hæredes sunt: inanis facta est fides, & irrita facta est promissio. Nā lex irā operatur. Siquidē vbi nō est lex, ibi nec trāsgressio est Idecirco ex fide datur hæ reditas, vt secundū gratiā, vt firma sit promissio vni uerso semini: nō ei, quod est ex lege tantū, verū etiam ei, qđ est ex fide Abrahæ, qđ est pater omniū nostrū. Sicut scriptū est: Patrē multarū gentiū cōstitui te: ni mirū ad exemplū dei cui crediderat, qui vitæ resti tuit mortuos: ac vocat ea quæ non sunt, tanquā snt: qui præter spem sub spe credidit, se fore patrē multarū gentium, iuxta id quod dictū est: Sic erit semen tuum. Ac non infirmatus fide, haud cōsyderauit suū ipsius corpus iam emortuum, cum centū fere natus esset annos, nec emortuam vulnū Sare: verū ad pro missionem dei nō hæsitabat ob incredulitatē, sed ro bustus factus est fide, tribuens gloriam deo: certa per suasione concepta, quod is qui promiserat, idē potēs esset & præstare. Quapropter etiā imputatum est illi ad iusticiam. Non scriptū est autem propter illum tā tum, imputatum fuisse illi, sed etiam propter nos, q bus imputabitur, credentibus in eum, qui excitauit Iesum dominum nostrū a mortuis, qui traditus fuit

EPISTOLA.

propter peccata nostra , & excitatus est propter ius-
tificationem nostri.

CAPVT. V.

Iustificati igit ex fide, pacē habem erga de-
um p dominū nostrū Iesum Christū : p quē
& cōtigit nobis, vt fide p duc eremur in gra-
tiam hanc, in qua stamus & gloriamur sub spe glorie
dei. Nec id solū, verū etiam gloriamur sup afflictioni-
bus : scientes, q̄ afflictio patientiam pariat, patientia
vero probationem, probatio autē spem, Porro spes
non pudefacit, q̄ dilectio dei effusa sit in cordibus no-
stris, per spiritum sanctū qui datus est nobis. Ch̄rus
enīm, cum adhuc essemus infirmi iuxta tēporis ratio-
nem, pro impiis mortuus est. Nam vix pro iusto q̄
quam moriet̄, siquidem pro bono forsitan aliq̄s etiā
mori sustinet. Commendat autem suam charitatē er-
ganos deus: qd̄ cū adhuc essemus peccatores, Chri-
stus pro nobis mortuus fuit. Multo igit magis iusti-
ficati nunc sanguine eius, seruabimur per eum ab ira.
Nam si cum inimici essemus, reconciliati fuimus deo p
mortē filii eius, multo magis reconciliati seruabimur
per vitam ipsius. Nō solum autem hoc, verum etiam
gloriantes in deo per dominū nostrū Iesum Christū,
per quem nūc reconciliationem assecuti sumus. Pro-
pterea, quemadmodum propter vñ hominē pecca-
tum in mundum introiit, ac propter peccatum mors,
& sic in omnes homines mors qualis, quatenus om-
nes peccauimus. Vsc̄ ad legem enim peccatū erat in
mundo, porro peccatum nō imputat̄, cum nō est lex,
Imo regnauit mors ab Adam vsc̄ ad Mosen, in eos

AD RHOMANOS.

Quocq̄ qui nō peccauerant ad similitudinē trāgressio-
nis Adam, qui typum gerit illius futuri. At nō vt pec-
catum, ita & donū. Nam si vnius delicto multi mor-
ti sunt, multo magis gratia dei, & donū per gratiam
quæ fuit vnius hominis Iesu Christi, in multis exube-
rauit. Et non sicut per vnum qui peccauerat, venerat
mors, ita donum. Nam cōdemnatio quidem ex uno
delicto ad cōdemnationem, donum autem ex multis
delictis ad iustificatiōem. Etenim si per vnius delictū
mors regnauit per vnum, multo magis, ii, qui exube-
rantiam gratiæ & doni iusticiæ accipiunt, per vitam
regnabunt authore vno Iesu Christo. Itaq̄ sicut per
vnius delictum propagatum est malum in omnes ho-
mines ad condemnationem: ita & per vnius iustifica-
tionem propagatur bonum in omnes homines ad iu-
stificationem vitae. Quemadmodum enim per inobe-
dientiam vnius hominis, peccatores cōstituti fuimus
multi: ita per obedientiam vnius, iusti constituentur
multi. Cæterum lex obiter subiit, vt abundaret deli-
ctum. Vbi vero exuberauit peccatum, ibi magis exu-
berauit gratia: vt quemadmodum regnauerat pecca-
tum in morte, sic & gratia regnaret per iustitiam ad
vitam æternam, per Iesum Christum.

CAPVT. VI.

Vid igit dicemus: Manebimus in peccato,
vt gratia abūdet, Absit. Qui mortui sumus
peccato, quomō posthac viuemus in eodē:
An ignoratis, quod quicunq̄ batizati sumus in Chri-
stum Iesum, in mortem eius batizati sumus? Sepulti
igitur sumus vna cum illo per baptismum in morte:

EPISTOLA.

ut quemadmodum exitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris , ita & nos in nouitate vitæ ambulamus . Nam si insititi facti sumus illi per similitudinem mortis eius , nimirum & resurrectionis participes erimus : illud scientes quod vetus ille noster homo cum illo crucifixus est , ut aboleretur corpus peccati , ut posthac non seruiamus peccato . Etenim q̄ mortuus est , iustificatus est a peccato . Quod si mortui sumus cum Christo , credimus , quod & viuemus cū illo : Scientes , quod Christus excitatus a mortuis , nō amplius moritur : mors illi non amplius dominatur . Nam quod mortuus fuit peccato mortuus fuit semel qd̄ autem viuit , viuit deo . Ita & vos existimate vosip̄os , mortuos quidem esse peccato , viuentes autē deo per Cristum Iesum dominū nostrum . Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro corpore , ut obediatis illi per cupiditates eius . Necq; accōmodetis mēbra vestra arma iniusticiæ peccato : sed accōmodetis vosmet ipsos deo , velut ex mortuis viuentes , & mēbra vestra arma iusticiæ deo . Peccatum enim vobis nō dominabitur . Nō em̄ estis sub lege , sed sub gratia . Quid igitur ? Peccabim⁹ , quod nō sumus sub lege , sed sub gratia ? Absit . An nescitis , qd̄ cui accōmodatis vosip̄os seruos ad obediendū , eius serui estis , cui obeditis siue peccati ad mortē , siue obedientiæ ad iusticiā ? Gratia autē deo , quod fuistis quidē serui peccati sed obedistis ex animo , in eam in quam traducti estis formā doctrinæ . Cæterum liberati a peccato , serui facti estis iusticiæ . Humanū quiddam dico , propter infirmitatē carnis vestræ . Quēadmodū enim prebuistis mēbra ve-

AD RHOMANOS.

stra serua immūdiciae & iniquitati , ad aliam atq; aliā iniquitatē : sic nunc præbete membra vestra serua iusticie , ad sanctificationē . Cum enim serui essetis peccati , liberi eratis iusticie . Quem igitur fructū habebatis tunc in his , de quibus nūc erubescitis ? Nā finis illorū mors . Nūc vero manumissi a peccato , serui autem facti deo , habetis fructum vestrum in sanctificationem , finem autem vitam æternam . Etenim authoramenta peccati , mors : donum autē dei , vita æterna , per Christum Iesum dominum nostrum .

CAPVT. VII.

N̄ ignoratis fratres (sciētibus em̄ legem los-
quor) quod lex tantisper dominet homini ,
quoad ea vixerit . Nā viro obnoxia mulier
viuenti viro alligata est p̄ legem : qd̄ si mortuus fuerit
vir , liberata est a lege viri . Proinde viente viro , adul-
tera iudicabitur , si se iūxerit , alteri viro . Sin autē mor-
tuus fuerit vir , libera est a iure viri : vt non sit adulter-
a , si iūcta fuerit alteri viro . Itaq; fratres mei , vos quo-
que mortificati estis legi per corpus Christi , vt iunge
remini alteri , nimirum ei qui ex mortuis surrexit , vt
fructificemus deo . Cum enim essemus in carne , affe-
ctus peccatorum , qui sunt per legem , vigeabant in mē-
bris nostris ad fructificandū morti . Nunc autem libe-
rati sumus a lege , mortui ei in qua detinebamur , vt
seruiamus per nouitatem spiritus , & nō per vetusta-
tem literæ . Quid ergo dicemus : Lex peccatum est ?
Absit . Sed peccatum non cognoui , nisi per legē . Nā
& concupiscentiam nō nouisse , nisi lex dixisset : nō
concupiscas . Sed occasione accepta , peccatum per præ-

D

EPITOLA.

ceptum genuit in me omnem concupiscentiam. Si quis de me absque lege peccatum erat mortuum. Ego autem viuebam sine lege quondam. Porro veniente mando, peccatum reuixit: ego vero mortuus sum. Et repersum est, mandatum quod institutum erat ad vitam, mihi cedere ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per praeceptum, decepit me: & per illud occidit. Itaque lex ipsa quidem sancta, & praeceptum sanctum ac iustum & bonum. Ergo quod bonum, erat, mihi factum est mors. Absit. Imo peccatum. Ut appareret peccatum, per id quod erat bonum mihi gignere mortem, ut fieret maiorem in modum peccans peccatum per praeceptum. Scimus enim quod lex spiritualis est. At ego carnalis sum, venditus sub peccatum. Quod enim ago, non probo. Non enim quod volo, hoc facio: sed quod odi, hoc ago. Si vero quod non volo, hoc facio consentio legi, quod bona sit. Nunc autem non iam ego perpetuo illud, sed inhabitans in me peccatum. Noui enim, quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam velle adest mihi; at ut faciam bonum, non reperio. Non enim quod volo, facio bonum: sed quod non volo malum, hoc ago. Porro si quod non volo ego hoc facio: non iam ego perpetuo illud, sed inhabitans in me peccatum. Reperio igitur per legem volenti mihi facere bonum, quod mihi malum adiunctum sit. Delectat enim me lex dei secundum internum hominem. Sed video aliam legem in membris meis, rebellatem legi mentis meae, & captiuum redditentem me legi peccati, quae est in membris meis. Miser ego homo, quia me eripiet ex hoc corpe morti obnoxio. Gras ago deo prole

AD RHOMANOS.

sum Christum dominum nostrum. Itaque ideo mente quidem seruio legi dei, carne vero legi peccati.

CAPVT. VIII.

Vlla igitur nunc est condemnatio, his qui insiti sunt Christo Iesu: qui non iuxta carnem verantur, sed iuxta spiritum. Nam lex spus vitae per Christum Iesum, liberum me reddidit a iure peccati & mortis. Etenim quod lex praestare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc deus proprio filio, misso sub specie carnis peccato obnoxiae, praestitit: ac de peccato condemnauit peccatum per carnem, ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem versamur, sed secundum spiritum. Nam qui carnales sunt, quae carnis sunt curantur qui spirituales, quae spus sunt. Nam affectus carnis, mors est. Affectus vero spiritus, vita & pax. Propterea quod affectus carnis, inimicitia est aduersus dominum legi dei non subditur, siquidem ne potest quidem. Qui vero in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus dei habitat in vobis. Quod si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Porro si Christus in vobis est corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui excitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, is qui excitauit Christum ex mortuis, viuiscabit & mortalia corpora vestra propter ipsius spiritum inhabitantem in vobis. Proinde fratres, debitorum sumus, non carni, ut secundum carnem viuamus. Nam si secundum carnem vixeritis, moriemini. Quod

EPISTOLA.

Si spiritu facta corporis mortificetis, viuetis. Etenim quicunque spiritu dei ducuntur, hi sunt filii dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timore, sed accepistis spiritum adoptionis: per quem clama-
mus, abba pater. Idem spiritus testatur vna cum spi-
ritu nostro, quod simus filii dei. Quod si filii, igitur
& hæredes. Hæredes quidem dei, cohæredes au-
tem Christi. Siquidem simul cum eo patimur, vt &
vna cū illo glorificemur. Nam reputo, non esse pares
afflictiones præsentis temporis ad gloriam, que reue-
labitur erga nos. Etenim sollicita creature expectatio
expectat, vt palam fiant filii dei. Quippe vanitati cre-
atura subiacet: non volens, sed propter eum, qui sub-
iecit illam sub spe. Quoniam & ipsa creatura libera-
bitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ
filiorum dei. Scimus enim, quod omnis creatura con-
gemiscit, simulq; nobiscū parturit vscq; ad hoc tēpus.
Non solum autem illa, sed & ipsi, qui primitias spiri-
tus habemus, & nos ipsi in nobis ipsiis gemimus, ado-
ptionem expectantes, redemptiōem corporis nostri.
Siquidem spe seruati sumus: porro spes si videat, nō
est spes. Quod enim quis cernit, cur idē speret? Si ve-
ro quod non videmus, speramus, id per patientiā ex-
pectamus. Consimiliter autem & spiritus auxiliatur
infirmitatibus nostris. Siquidem hoc ipsum, qd ora-
turi sumus, vt oportet, non nouimus: verū ipse spiri-
tus intercedit pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.
At ille qui scrutatur corda, nouit quis sit sensus spiri-
tus: quoniam secundum deū intercedit pro sanctis.
Scimus autem, quod his qui diligūt deū, omnia simul

AD RHOMANOS.

adiumento sunt in bonum, nimisrum his qui iuxta p-
positū vocati sunt. Quoniam quos presciuerat eosdē
& præfiniuit, conformes imaginis filii sui, vt ipse sic
primo genitus inter multos fratres. Porro quos pre-
definierat, eosdem & vocauit. Et quos vocauit, eos
& iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & glori-
ficauit. Quid igitur dicemus ad hæc? Si deus pro no-
bis, quis contra nos? Qui proprio filio nō pepercit,
sed pro nobis omnibus tradidit illum, qui fieri potest,
vt nō & cū eodem oīa nobis donet? Quis intentabit
crimina aduersus electos dei? Deus est qui iustificat.
Quis ille, qui condemnet? Christus est: qui mortuus
est, imo qui & suscitatus est, qui etiā est ad dexteram
dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos separabit a
dilectione dei? num afflictio? num angustia? num pse-
cutio? num fames? num nuditas? num periculū? num
gladius? Quēadmodū scriptum est: Propter te mor-
ti tradimur tota die, habiti sumus velut oves destina-
tae mactationi. Verum in his omnibus superamus,
per eum qui dilexit nos. Nam mihi p̄suasum habeo,
quod neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principa-
tus, neq; potestates, neq; instātia, neq; futura, neq; alti-
tudo, neq; profunditas, neq; vlla creatura alia poterit
nos separare a dilectione dei, quæ est in Christo Iesu
domino nostro.

CAPVT. IX.

Eritatē dico in Christo, non mentior, atte-
stante mihi simul cōsciētia mea, per spiritū
sanctū, qd' dolor mihi sit magnus, & assidu-
us cruciat⁹ cordi meo. Optari enī ego ip̄e anathema

D iii

EPISTOLA.

esse a Christo p fratrib⁹ meis , cognatis meis secūdū carnem , qui sunt Israelitæ: quorū est adoptio , & gloria , & testamenta , & legis cōstitutio , & cultus , & p̄missiones , quorum sunt patres , & ii ex quibus est Christus , quantum attinet ad carnem , qui est in omnib⁹ deus laudandus in secula . Amē . Non aut̄ hæc clo-
quor qđ exciderit sermo dei . Nō enim omnes q̄ sunt ex Israēl , sunt Israēl : necq; quia sunt semē Abrahæ , sta-
tim omnes filii , sed per Iсаac nominabitur tibi semen :
hoc est , non qui filii carnis , ii filii dei : sed qui sunt filii
promissionis , recēsentur in semen . Promissiōis enim
sermo hic est . In tēpore hoc veniā , & erit Saræ filius .
Non solum autem hoc , sed & Rebecca ex vno cōce-
perat Iсаac patre nostro : nondum enim natis pueris ,
cum neq; boni quippiam fecissent neq; mali , vt secun-
dum electionem propositum dei maneret : nō ex ope-
ribus , sed ex vocante , dictum est illi . Major seruiet mi-
nori . Sicut scriptum est : Iacob dilexi : Esau vero odio
habui . Quid igitur dicemus ? Nū iniusticia est apud
deum : Absit . Nam Mōsi dicit : Miserebor , cuiuscūq;
misereor : & commiserabor , quemcumque commis-
ror , Itaque non volentis est , neque currentis , sed mis-
erentis dei . Dicit enim scriptura Pharaoni : In hoc ip-
sum te excitavi , vt ostendam in te potentiam meā , et
vt annuncietur nomen meum in tota terra . Itaque cui
vult miseretur : quem autem vult , idurat . Dices ergo
mihi : Quid adhuc conqueritur . Nam voluntati illius
quis restitit ? Atqui o homo , tu quis es , qui ex adver-
so respondes deo ? Num dicet figme itū ei qui finxit :
cur me finxisti ad hūc modum ? An nō habet potesta-

AD RHOMANOS.

tem figulus lutu , vt ex eadem massa singat aliud quidē
vas in honorem , aliud vero in ignominiam ? Quod
si deus volens ostendere iram , & notam facere potē-
tiam suam , tulit multa animi lenitate vasa iræ , appa-
rata in interitum , & vt notas faceret diuitias gloriæ
suæ , erga vasa misericordiæ , quæ præparauerat in glo-
riam . Quos & vocavit , nimirū nos , non solum ex lu-
deis . verum etiam ex gentibus . Quemadmodum &
Osee dicit : Vocabo populū qui meus nō erat , popu-
lum meum : & eam quæ dilecta non erat , dilectam . Et
erit in loco , vbi dictum fuerat eis : Nō populus meus
vos , ibi vocabuntur filii dei viuentis . Esaias autem
clamat super Israel : Si fuerit numerus filiorum Israel ,
vt arena maris , reliquiæ saluæ erunt . Sermonem em̄
perficiens & abbrevians cum iusticia , quoniam sermo-
nem abbreviatum faciet dominus in terra . Et quem-
admodum prius dixit Esaias : Nisi dominus sabaoth
reliquisset nobis semen vt Sodoma facti fuissimus , et
Gomorrhae assimilati fuissimus . Quid igitur dicemus ,
Quod gentes quæ non sectabantur iusticiæ , apprehē-
derunt iusticiam , iusticiam autem eam quæ est ex fide .
Contra , Israel , qui sectabatur legem iusticiæ , ad legē
iusticiæ non peruenit . Propter quid ? Quia non ex fi-
de , sed tanquam ex operibus legis . Impegerunt enim
in lapidem offendiculi . Quemadmodū scriptum est :
Ecce pono in Sion lapidem offendiculi , & petram of-
fensionis : & omnis qui credit in eo , non pudesiet .

CAPVT. X.

Ratres , p̄pensa qđem volūtas cordis mei ,
& deprecatio , quæ fit ad deū , p̄ Israel est ad

· EPISTOLA.

salutem. Testimonium enim illis perhibeo, quod studiū dei habent, sed non secundū scientiā. Nā ignorantes dei iusticiam, & propriā iusticiam quærentes constituere, iusticiæ dei nō fuerunt subditi. Nam perfectio legis Christus, ad iustificationē omni credenti. Moses enim scribit de iusticia quæ est ex lege, quod qui fecerit ea homo, viuet per illa. Cæterum que ex fide est iusticia, ea sic loquitur: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cœlum? Hoc est Christū ex alto deducere. Aut quis descendet in abyssum. Hoc est Christum ex mortuis reducere. Sed qd dicit: Prope te verbum est in ore tuo. & in corde tuo. Hoc est, verbū fidei, quod prædicamus. Nempe si confessus fueris ore tuo dominū Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illum excitauit a mortuis, saluus eris. Corde em̄ creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui fudit illi, nō perfidiet. Non enim est distinctio vel Iudei, vel Græci. Nam idem dominus omnium, diues in om̄es iuocant se. Quis quis enim inuocauerit nomen domini, salvus erit. Quomodo igitur inuocabunt eū, in quem non crediderunt? Quomodo autē credent ei de quo non audierūt? Quomodo autem audient absq; prædicante? Quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint? Sicut scriptū est: Quam speciosi pedes annūciantium pacem, annūciantiū bona. At non omnes obedierunt euangelio. Esaias enim dicit: Domine, q̄s credidit sermonib⁹ nostris? Ergo fides ex auditu est: auditus autem per verbū dei. Sed dico, an nō audierunt? Atqui in omnem terram exiuit sonus eorum, et

AD RHOMANOS.

in fines orbis terrarum verba illorū. Sed dico: Nū qd nō cognouit Israel? Primus Moses dicit: Ego ad emulationē prouocabo vos per gentem, quæ non est gens: per gentem stultam ad iram commouebo vos. Esaias autē post hunc audet, & dicit: Inuentus fui his, qui me non quærebant: conspicuus factus sum his qui de me non interrogabant. Aduersus Israel autem dicit: Toto die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

CAPVT. XI.

Ico igit̄: Num repulit deus populū suum?
d Absit. Nam & ego Israélita sum, ex semine Abraham, tribus Beniamin. Nō repulit deus populū suū, quē ante agnouerat. An nescitis, dē Elia qd dicat scripture? Quomodo interpellat apud deū aduersus Israel dicens: Domine pphetas tuos occiderunt, & altaria tua subruerunt: & ego relictus fui solus, & insidiantur vitæ meæ. Sed quid dicit ei diuinū responsum? Reliqui mihi ipsi septem milia virorum, qui non inflexerunt genu imagini Baal. Sic igitur & in hoc tempore, reliqui & secundū electionem gratiæ fuerunt. Quod si per gratiam, non iam ex operibus. Quandoquidem gratia, iam nō est gratia. Sin ex operibus, non iam est gratia. Quandoquidē opus, iam non est opus. Quid igitur? Quod quærerit Israel, hoc non assecutus est, sed electio consecuta est: reliqui vero excæcati sunt. Quemadmodum scriptū est: Dedit eis deus spiritū compunctionis: oculos, vt nō videat & aures, vt non audiant, vscq; ad hodiernum diē. Et David dicit: Vertatur mensa illorum in laqueum. &

E

EPITOLA.

In captionem, & in offendiculum, & in retaliationem iphis. Obtenebrentur oculi eorum, ut non videant, & tergum illorum semper incurua. Dico igitur: Num ideo impegerunt, ut conciderent? Absit. Sed pro lapsu illorum salus contigit gentibus, in hoc ut eos ad exemplum prouocaret. Quod si lapsus illorum, diuitiae sunt mundi: & diminutio illorum, diuitiae gentium: quanto magis plenitudo illorum. Vobis enim dico gentibus, quatenus ego quidem sum apostolus gentium, misericordium meum illustro, si quo modo ad exemplum prouocem carnem meam, & saluos reddam nonnullos ex illis. Nam si reiectio illorum est reconciliatio mundi: que erit assumptio, nisi vita ex mortuis? Quod si primitus sanctae, sancta est, & massa. Et si radix sancta, sancti erunt & rami. Quod si nonnulli rami defracti sunt, tu vero cum esses oleaster, insitus fuisti illis & coloris radicis & pinguitudinis oleae factus es, ne glorieris aduersus ramos: quia si gloriaris, non tu radice portas, sed radix te. Dices igitur, defracti sunt rami, ut ego infererer. Bene dicas: per incredulitatem defracti sunt, tu vero fide constitisti. Ne efferaris animo, sed ticas. Nam si deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne qua sit, ut nec tibi parcat. Ecce igitur bonitatem ac severitatem dei: in eos quidem qui ceciderunt, severitatem: in te vero bonitatem, si permanseris in bonitate. Quoniam & tu excideris: & illi rursum, si non permanescerint in incredulitate, inserentur. Potest enim deus de novo inserere illos. Etenim si tu ex naturali exectus es oleastro, & praeter naturam insitus es in veram oleam: quanto magis hi, qui naturales sunt, inserentur pro-

AD RHOMANOS.

priæ oleæ: Non enim volo vos ignorare fratres mystérium hoc, ut ne sitis apud vos metipso elati animo quod excæcatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Israel saluus erit. Sicut scriptum est: Adueniet ex Sion ille qui liberat, & auertet impietas a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata ipsorum. Secundum euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti propter patres. Nam dona quidem & vocatio dei eiusmodi sunt, ut eorum illum poenitere non possit. Quemadmodum enim & vos quondam increduli fuistis deo, nunc autem misericordiam estis consecuti per illorum incredulitatem: sic & isti nunc increduli facti sunt, ex eo quod vos misericordiam estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclusis enim deus omnes sub incredulitatem, ut omnium miseretur. O profunditatem diuitiarum & sapientiae & cognitionis dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius. Quis enim cognovit mentem dominii? Aut quis illi fuit a consiliis? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia, Ipsi gloria in secula. Amen.

CAPVT. XII.

Bsecro igitur vos fratres, pro miseratione dei,
o ut præbeatis corpora vestra, hostiā viuentē, sanctā, acceptā deo, rationalē cultū virtūm.
Et ne accommodetis vos ad figurā seculi huius, sed transformemini per renouationem mentis vestræ, ut pbeatis quæ sit voluntas dei, quod bonū est acceptūq; &

EPISTOLA.

persecū. Dico enim p gratiam quæ data est mihi, cui libet versanti inter vos, ne q̄s arroganter de se sentiat supra quam oportet de se sentire: sed ita sentiat, vt modestus sit & sobrius, vt cuicq; deus partitus est mensuram fidei. Quēadmodū enim in vno corpore mēbra multa habemus, membra vero omnia non eundē habent actum sic multi vnum corpus sumus in Christo singulatim autem alii aliorum membra: sed tamen habentes dona iuxta gratiā datam nobis varia: siue prophetiam iuxta portionem fidei, siue ministeriū in administratione, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, qui impertit in simplicitate, qui præest in diligentia, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sit non simulata: sitis odio prosequentes qđ malum est, adhærentes ei, quod bonū est, per fratrem charitatem, ad mutuo vos diligendos propensi, honore aliis aliū præcedentes, studio non pigri, spiritu feruentes, tempori seruientes, spe gaudentes, in afflictione patientes, precationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sestantes, Bene loquamini de iis, qui vos insectantur: bene loquamini inquam, & ne male precemini. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus: eodem animo alii in alios affecti, non arroganter de vobis ipsi sentientes, sed humilibus vos accōmodātes. Ne sitis arrogantes apud vosmetiplos, necq; cuiquā malū pro malo reddatis. Prouide parantes honesta in conspectu omnium hominum: si fieri potest, quantum in yobis est, cum omnibus hominibus in pace viuētes, non vosmetiplos vlciscentes dilecti, quin potius date

AD RHOMANOS.

locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vltio, ego repens dam, dicit dominus. Si igitur esurit inimicus tuus, pascere illum: si sitit, da illi potum. Hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne vincaris a malo, imo vince bono malum.

CAPVT. XIII.

Mnis anima potestatibus supeminētib⁹ subdita sit. Nō enī est potestas, nisi a deo: q̄ vero sunt potestates, a deo ordiatae sunt. Itaq; q̄sqs resistit potestati, dei ordinatiōi resistit. Qui autē restiterint, sibi ipsi iudiciū accipient. Nam principes non terrori sunt bene agētibus, sed male. Vis autem non timere potestatē? Quod bonum est facito: & feres laudem ab illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si feceris id quod malū est, time. Non enī frustra gladium gestat. Nam dei minister est, vltor ad iram ei qui, quod malū est, fecerit. Quapropter oportet esse subditos, non solum propter iram, verū etiam propter conscientiam. Propter hoc enim & vectigalia soluitis. Siquidem ministri dei sunt in hoc ipsum incūbentes. Reddite igitur omnibus, quod debet: cui tributū, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorem: cui honorē, honorē. Nemini quicq; beatidis nisi hoc vt inuicem diligatis. Nā qui diligit alterū, legem expleuit. Siquidē illa: Nō adulteraberis, nō occides, nō furaberis, nō falsū testimoniu dices, nō cōcupisces: & si quod aliud præceptū, in hoc sermōe summatim cōprehenditur: Nempe, diliges proximū tuū sicut teipsum. Dilectio proximo malū non operatur. Consumatio itaq; legis, est dilectio. Præsertim cum

EPISTOLA.

sciamus tempus, quod tempestiuū sit nos iā a somno expergisci. Nūc enim proprius adest nobis salus, quantum, cu credebamus. Nox progressa est, dies autem appropinquit. Abiiciamus igitur opera tenebrarū, & induamur arma lucis: tanquam in die composite ambulemus, non comessationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac lasciuīs, non contentionē & æmulatione: sed induamini dominum Iesum Christum. Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias.

CAPVT. XIII.

p Orro eū qui infirmaē fide, assūmite, non ad diiudicatiōes disceptationū. Alius qdē credit vescendū esse quibuslibet. Alius aut̄ qui infirmus est, holeribus vescitur. Qui vescit̄, nō vescētem ne despiciat. Et qui non vescitur, vescentem ne iudicet. Deus enim illum assumpsit, Tu quis es, q iudicas de alieno famulo? Proprio domino stat aut̄ cadit, imo fulcietur vt stet. Potens enim est deus efficere vt stet. Hic quidem iudicat, diem ad diē cōferens; ille aut̄ idē iudicat de quo quis die. Vnicuiq̄ sua mens satissificat. Qui curat diem, domino curat. Et qui nō curat diē domino non curat. Qui vescitur, domino vescit̄, gratias enim agit deo: & qui non vescit̄, domino non vescitur, & gratias agit deo. Nullus enim nostrū sibiip̄ si viuit, & nullus sibiip̄ morit̄. Nā siue viuimus, domino viuimus: siue morimur, dñō morimur. Siue igitur viuamus, siue moriamur, domini sumus. In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, vt mortuis ac viuentibus dominet̄. Tu vero cur iudicas fratrem tuū? Aut etiam tu cur despicias fratre

AD RHOMANOS.

tuū? Om̄es enim statuemur apud tribunal Christi. Scriptū est enim: Viuo ego, dicit dominus; Mihi sese flectet omne genu, & omnis lingua cōfitebit̄ deo. Igitur vnuſquisq; nostrum de seipso rationē reddet deo. Ne posthac igitur alius aliū iudicemus: verū illud iudicate magis ne offendiculū ponat fratri, aut lapsus occasio. Noui siquidē, et p̄suasum habeo p dominū Iesum, nihil esse cōmune per se, nisi ei q existimat aliqd esse commune, illi commune est. Verum si propter ci bum frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est. Ne vestrum igitur bonū hominum maledicentiæ sit obnoxiuū. Non enim est regnū dei cibus ac potus, sed iustitia & pax & gaudium, in spiritu sancto. Etenim qui per hāc seruit Christo, acceptus est deo, & probatus hominibus. Itaq; que pacis sunt, sectemur: & quæ ædificatiōis, alius erga aliū. Ne cibi causa destruas opus dei. Omnia quidem pura: sed malum est hominī, qui per offendiculū vescitur. Bonum est non edere carnes, neq; bibere vinū neq; quiequam, per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Tu fidem habes? Apud te metipsum habe coram deo. Beatus qui non iudicat seipsum, in eo quod probat. At qui diiudicat, si ederit, condemnatus est: quoniam non edit ex fide. Pore ro quicquid ex fide non est, peccatum est.

CAPVT. XV.

d Ebemus aut̄ nos q potētes sum⁹, infirmitates impotentiuū portare, ac nō placere nobis ipsis. Nā vnuſquisq; nostrū proximo placeat

EPISTOLA.

In bonū ad ædificationē. Etenim Christus nō placuit sibi ipsi, sed quemadmodū scriptum est: Opprobria opprobrantium tibi, inciderunt in me. Nam quæcūque præscripta sunt, in nostram doctrinam præscripta sunt: ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ & cōsolutionis dēt vobis idem mutuo inter vos sentire secundum Iesum Christū, ut vñanimiter vno ore glorificetis deum, ac patrem domini nostri Iesu Christi. Quapropter assumite vos inuicem, quēadmodū & Christus assumpsit nos in gloriam dei. Illud aut̄ dico Iesum Christum ministrum fuisse circūcisionis p veritate dēi, ad confirmandas promissiones patrū. Cæterum, ut gentes pro misericordia glorificant deum. Sicut scriptum est: propter hoc confitebor tibi in gētibus, & nomīni tuo canam. Et rursum dicit: Gaudete gentes cū populo eius. Et rursum: Laudate dñm omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Et rursum Esaias dicit: Erit radix Iesse, & qui exurget ad imperandum gentibus, in eo gentes sperabūt. Deus autem spei impleat vos omni gaudio & pace, in credendo, in hoc, ut exuberetis in spe per potentiam spiritus sancti. Persualum enim habeo fratres mei & ipse ego de vobis, q̄d ipsi plenī estis bonitate, impleti omni scientiā, valentes etiam inuicem aliis aliū admonere. Sed tamen audacius scripsi vobis fratres ex parte, vñuti commonefaciens vos propter gratiam, quæ data est mihi a deo, in hoc vt sim minister Christi in gētes, administrans euangelium dei, ut fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata per spiritum sanctū. Habeo

AD RHOMANOS.

igitur quod gloriā per Christū Iesum, in his quæ ad deum pertinent. Non enim ausim loqui quicquā eorum, quæ non effecit Christus per me, in obedientiā gentium, verbo & facto, per potentiam signorum ac prodigiorum, per potētiam spiritus dei, ut ab Hierusalem & in circumiacentibus regionibus, usque ad Illyricū impleuerim euangeliū Christi. Ita porro annis tens prædicare euangelium, non vbi nominatus erat Christus, ut ne super alienum fundamentū edificaret. sed quemadmodū scriptum est: Quibus nō est annūciatum de eo, videbunt: & qui non audierant, intelligent. Quapropter & præpeditus sum sæpe, quo minus venirem ad vos. Nunc vero cū nō amplius habeam locum in regionibus his, desyderium autē habeā veniendi ad vos multis iam annis, quā documq; iter instituero in Hispaniam, veniam ad vos. Spero enim fore, ut istac iter faciens, videam vos, & a vobis producar illuc, si tamen vestra consuetudine prius ex parte fuerō expletus. Nunc autē proficiscor Hierosolymā, ministrans sanctis. Visum est enī Macedoniae, & Achaiae, communicationem aliquā facere in pauperes sanctos, qui sunt Hierosolymis. Nā ita visum est ipsis & debitores illorum sunt. Etenim si spiritualia sua cōmunicauerunt gentibus, debent & hæ in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur vbi perfecero, & obsignauero illis fructum hūc, reuertar per vos in Hispaniam. Scio nācū, quod vbi venero ad vos, cū plenitudine bñdictionis euangelii Christi venturus sim. Obsecro autem vos fratres, per dominum nostrū Iesum Christum, & per dilectionem spiritus, ut me laborā-

EPISTOLA.

tem adiuuetis precatōibus p me ad deū vt liberer ab incredulis in Iudaea, vtq; ministeriū hoc meū qd' exhibeo Hierosolymis, acceptū sit sāctis, vt cū gaudio veniā ad vos, p voluntatē dei, vnaq; vobiscū refocil-
ler. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amē.

CAPVT. XVI.

Ommendo aut̄ vobis Phoeben, sororē no-
strā, quæ est mīstra ecclesiæ Cenchreensis,
vt illā suscipiatis in Ch̄o, ita vt decet sclōs,
& adsit ei, in quo cūq; vobis eguerit negotio. Nam
hec cū multis adfuit tū mihi etiā ipsi Salutate Priscā et
Aquilā, adiutores meos in Christo Iesu, qui, p anima
mea suā ipsorū ceruicē supposuerūt: quibus non ego
solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gentiū: item
quæ in domo illorum est cōgregationē. Salutate Ep̄e
netū dilectū meum, qui est primitiæ Achaiæ in Chri-
sto. Salutate Mariā, quæ multū laborauit erga nos.
Salutate Andronicū, & Iuniā, cognatos meos, & cō
captiuos meos, q; sunt insignes inter apostolos, q; etiā
ante me fuerūt in Christo. Salutate Ampliā dilectū
meū in dñō. Salutate Vrbānū, adiutorem nostrū in
Christo, & Stachyn dilectū meū. Salutate Apellā, p
batū in Christo. Salutate eos q; sunt ex Aristobuli fa-
miliaribus. Salutate Herodionem cognatū meū. Sa-
lute eos q; sunt ex Narcissi familiaribus, hos q; sunt
in dñō. Salutate Tryphænā & Thryphosam, quæ la-
borant in dñō. Salutate Perfidē dilectā, quæ multum
laborauit in dñō. Salutate Rufum, electū in dñō: &
matrem illius ac meā, Salutate Asyneritū. Phlegontē
Herman, Patrobā, Mercuriū, & qui cū his sunt fra-

AD RHOMANOS.

tres. Salutate Philologum, & Iuliam. Nereū & soro-
rem eius, & Olympam, & qui cū his sunt, om̄es san-
ctos. Salutate vos inuicem cū osculo sancto. Salutant
vos ecclesiæ Christi. Obsecro autem vos fratres, vt cō
syderetis eos, qui dissidia & offendicula cōtra doctri-
nam, quam vos didicistis, gignunt: & declinetis ab il-
lis. Nam qui eiusmodi sunt, domino Iesu Christo nō
seruiunt, sed suo ventri: & per blandiloquentiā, & af-
sentationem decipiunt corda simpliciū. Nam vestra
obedientia ad omnes permanauit. Gaudeo igitur sa-
ne de vobis. Sed volo vos sapiētes qdem esse ad bo-
num, synceros autē ad malum. Deus autem pacis con-
teret satanam sub pedes vestros, breui. Gratia domi-
ni nostri Iesu Christi sit vobiscum. Salutant vos Ti-
motheus cooperarius meus, & Lucius, & Iason, &
Sosipater, cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui
scripsi epistolam in domino. Salutat vos Caius hos-
pes meus & ecclesiæ totius. Salutat vos Eraſtus, quæ
stor ærarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia dñi
nostrī Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen. Ei
aut̄ qui potens est vos cōfirmare secundū euangeliū
meum, & præconiū Iesu Christi, iuxta reuelationem
mysterii, tēporib; æternis taciti, manifestati vero nūc,
& p scripturas ppheticas iuxta delegationem æterni
dei in obedientiā fidei, in omnes gentes patefacti, soli
sapienti deo, p Iesum Christū, cui gloria in sclā. Amē.

Lipsiæ ex ædibus Valētini Schumannii
Anno domini Millesimo quingētesi-
mo vigesimo primo.

THE GOSPEL ACCORDING TO SAINT JAMES
1.1-13
1.15-20
2.1-13
2.14-17
3.1-12
3.13-18
3.19-22
3.23-26
3.27-36
4.1-10
4.11-13
4.14-16
4.17-21
4.22-25
4.26-31
4.32-37
4.38-43
4.44-46
4.47-51
4.52-56
4.57-61
4.62-66
4.67-71
4.72-76
4.77-81
4.82-86
4.87-91
4.92-96
4.97-101
4.102-106
4.107-111
4.112-116
4.117-121
4.122-126
4.127-131
4.132-136
4.137-141
4.142-146
4.147-151
4.152-156
4.157-161
4.162-166
4.167-171
4.172-176
4.177-181
4.182-186
4.187-191
4.192-196
4.197-201
4.202-206
4.207-211
4.212-216
4.217-221
4.222-226
4.227-231
4.232-236
4.237-241
4.242-246
4.247-251
4.252-256
4.257-261
4.262-266
4.267-271
4.272-276
4.277-281
4.282-286
4.287-291
4.292-296
4.297-301
4.302-306
4.307-311
4.312-316
4.317-321
4.322-326
4.327-331
4.332-336
4.337-341
4.342-346
4.347-351
4.352-356
4.357-361
4.362-366
4.367-371
4.372-376
4.377-381
4.382-386
4.387-391
4.392-396
4.397-401
4.402-406
4.407-411
4.412-416
4.417-421
4.422-426
4.427-431
4.432-436
4.437-441
4.442-446
4.447-451
4.452-456
4.457-461
4.462-466
4.467-471
4.472-476
4.477-481
4.482-486
4.487-491
4.492-496
4.497-501
4.502-506
4.507-511
4.512-516
4.517-521
4.522-526
4.527-531
4.532-536
4.537-541
4.542-546
4.547-551
4.552-556
4.557-561
4.562-566
4.567-571
4.572-576
4.577-581
4.582-586
4.587-591
4.592-596
4.597-601
4.602-606
4.607-611
4.612-616
4.617-621
4.622-626
4.627-631
4.632-636
4.637-641
4.642-646
4.647-651
4.652-656
4.657-661
4.662-666
4.667-671
4.672-676
4.677-681
4.682-686
4.687-691
4.692-696
4.697-701
4.702-706
4.707-711
4.712-716
4.717-721
4.722-726
4.727-731
4.732-736
4.737-741
4.742-746
4.747-751
4.752-756
4.757-761
4.762-766
4.767-771
4.772-776
4.777-781
4.782-786
4.787-791
4.792-796
4.797-801
4.802-806
4.807-811
4.812-816
4.817-821
4.822-826
4.827-831
4.832-836
4.837-841
4.842-846
4.847-851
4.852-856
4.857-861
4.862-866
4.867-871
4.872-876
4.877-881
4.882-886
4.887-891
4.892-896
4.897-901
4.902-906
4.907-911
4.912-916
4.917-921
4.922-926
4.927-931
4.932-936
4.937-941
4.942-946
4.947-951
4.952-956
4.957-961
4.962-966
4.967-971
4.972-976
4.977-981
4.982-986
4.987-991
4.992-996
4.997-999

THE GOSPEL ACCORDING TO SAINT JAMES
1.1-13
1.15-20
2.1-13
2.14-17
3.1-12
3.13-18
3.19-22
3.23-26
3.27-36
4.1-10
4.11-13
4.14-16
4.17-21
4.22-25
4.26-31
4.32-37
4.38-43
4.44-46
4.47-51
4.52-56
4.57-61
4.62-66
4.67-71
4.72-76
4.77-81
4.82-86
4.87-91
4.92-96
4.97-101
4.102-106
4.107-111
4.112-116
4.117-121
4.122-126
4.127-131
4.132-136
4.137-141
4.142-146
4.147-151
4.152-156
4.157-161
4.162-166
4.167-171
4.172-176
4.177-181
4.182-186
4.187-191
4.192-196
4.197-201
4.202-206
4.207-211
4.212-216
4.217-221
4.222-226
4.227-231
4.232-236
4.237-241
4.242-246
4.247-251
4.252-256
4.257-261
4.262-266
4.267-271
4.272-276
4.277-281
4.282-286
4.287-291
4.292-296
4.297-301
4.302-306
4.307-311
4.312-316
4.317-321
4.322-326
4.327-331
4.332-336
4.337-341
4.342-346
4.347-351
4.352-356
4.357-361
4.362-366
4.367-371
4.372-376
4.377-381
4.382-386
4.387-391
4.392-396
4.397-401
4.402-406
4.407-411
4.412-416
4.417-421
4.422-426
4.427-431
4.432-436
4.437-441
4.442-446
4.447-451
4.452-456
4.457-461
4.462-466
4.467-471
4.472-476
4.477-481
4.482-486
4.487-491
4.492-496
4.497-501
4.502-506
4.507-511
4.512-516
4.517-521
4.522-526
4.527-531
4.532-536
4.537-541
4.542-546
4.547-551
4.552-556
4.557-561
4.562-566
4.567-571
4.572-576
4.577-581
4.582-586
4.587-591
4.592-596
4.597-601
4.602-606
4.607-611
4.612-616
4.617-621
4.622-626
4.627-631
4.632-636
4.637-641
4.642-646
4.647-651
4.652-656
4.657-661
4.662-666
4.667-671
4.672-676
4.677-681
4.682-686
4.687-691
4.692-696
4.697-701
4.702-706
4.707-711
4.712-716
4.717-721
4.722-726
4.727-731
4.732-736
4.737-741
4.742-746
4.747-751
4.752-756
4.757-761
4.762-766
4.767-771
4.772-776
4.777-781
4.782-786
4.787-791
4.792-796
4.797-801
4.802-806
4.807-811
4.812-816
4.817-821
4.822-826
4.827-831
4.832-836
4.837-841
4.842-846
4.847-851
4.852-856
4.857-861
4.862-866
4.867-871
4.872-876
4.877-881
4.882-886
4.887-891
4.892-896
4.897-901
4.902-906
4.907-911
4.912-916
4.917-921
4.922-926
4.927-931
4.932-936
4.937-941
4.942-946
4.947-951
4.952-956
4.957-961
4.962-966
4.967-971
4.972-976
4.977-981
4.982-986
4.987-991
4.992-996
4.997-999

1	2	3	4	5
6	7	8	9	10
11	12	13	14	15
16	17	18	19	20
21	22	23	24	25

1	2	3	4	5
6	7	8	9	10
11	12	13	14	15
16	17	18	19	20
21	22	23	24	25

1	2	3	4	5
6	7	8	9	10
11	12	13	14	15
16	17	18	19	20
21	22	23	24	25

1	2	3	4	5
6	7	8	9	10
11	12	13	14	15
16	17	18	19	20
21	22	23	24	25

1	2	3	4	5
6	7	8	9	10
11	12	13	14	15
16	17	18	19	20
21	22	23	24	25